

**Princeps Christiano-Politicus Septem donis Spiritus sancti
instructus Anno M.DC.LVI.**

Faust, Reinhard

Herbipoli, 1667

Caput II. Scientiæ Experimentia.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55326](#)

propria Principis esse debet,
protectum esse videbis.

CAPUT II.

Scientia Experientia.

IN veterum historiarum mo-
numentis vidimus Alexandro
non suffecisse orbem , Diogeni
suffecisse dolium. Ecce ita? Icie-
bat hic prudentiam , ignorabat
alter stultitiam : cur Vitellium
cœna pretiosissima non satiavit,
Telemacho famem fabæ extin-
xerunt ? Ignorabat ille pruden-
tiam, sciebat hic stultitiam : cur
Heliogabalum luxus confecit?
Aristidem inedia servavit? hunc
prudentia erudiit, illum stultiæ
scientia deseruit. Quòd Cleopa-

tra

tra uniones ad egestatem degluti-
tiverit, Protagoras siliqua pa-
stus fuerit, fecit stultitia pru-
dentiæque infatia, quæ sic quo-
dam dementat, ut majorem
apud posteros laudem nec desi-
derasse, nec alio pretio mercari
sui memoriam & infamiam vo-
luisse videantur, quampluribus
rerum istarum scientiâ probè
instructis, cum nominis famâ
immortalitatē consecutis. Prin-
cipalis sanè scientia erroris &
prudentiæ non in palatiis, et si
inde sæpè effulgeat, sed in tugu-
riis nascitur: Magister ejus ralla-
vestitus incedit, non holopor-
phyro; philosophicè cœnat, non
basilicè; pancraticè laborat, non
bœoticè; fortunam ludit, elimi-
nat

nat voluptates, proterit gemmas, calcat aurum; altâ fronte, retrusis oculis, hirsutis superciliis, implexo capillo; verbo: renum omnium contemptu formosus est, monumenta erigit, quæ nulla unquam ætas extermicare potest. Ab hoc disce scientiam, quæ victrix & dominatrix omnis insolentiae est, atque in Neroniano contubernio nutritam lævitiam, inter Tiberiana tentoria fixam avaritiam, in Tarquinianis hortis educatum fastum eradicatione exterminat. Nullam unquam meruisse laudem, quos tota veneratur antiquitas, ut Numinis familiares & operum ejus præcones, nisi hos divina hæc scientia ex-

G

tulit.

146 DISCURSUS V.

tulisset. Nec Semiramis, quod
alta fuerit ab avibus; nec Paris,
quod nutritus ab ursâ; nec Cy-
rus, quod sustentatus à canibus;
neq; Romulus & Remus, quod
lactati à lupa fuerint, præconia
meriti sunt, sed quod prudentia
& erroris scientiâ claruerint.
Hujus ergo scientiæ in tantis ne-
gotiorum turbis, in tanta pec-
candi licentia, in tanta fatorum
fatuorumque operatione gna-
rum esse oportet Principem.
Nemo enim melius imperare
novit, quam qui rerum ad sta-
tum suum pertinentium cogni-
tioni sui authorisque sui Dei no-
titiam conjungere didicit. **H**uic
regio studio da cor tuum, ut
scias prudentiam & stultitiam:
quæ

DE SCIENTIA, 147

quæ ut percipias supplex esto &
precare: Domine Lux mentium
illumina mentem meam, vi-
deam te salutare meum! lumen
oculorum meorum, lumen ani-
mæ meæ, ne oculus superbus me
obruat, ne lingua alpidis me
vulneret, ne dolosa circumve-
niat! videam te in medio natio-
nis pravæ, in umbra mortis, vi-
deam te lumen mentis meæ, in
umbra mortis te videam lumen
vitæ meæ! cognoscam te cogni-
tor meus, qui es æterna rerum
omnium scientia, & da, ut vi-
deam mundi vanitatem, & fu-
giam errores & stultitiam, da ut
videam te Deus meus, scien-
tia mea, vita mea in
æternum.

G 2

CAS